Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

fatetur; quia igitur septem que superius diximus pnouum testamentum latius datas; decem uero publicus pcepta omnis nra uirtus & operatio pdecem & septem pte plene conphendi; ducamus ergo ptrigonum decem & septem & uenimus quinq; ginta. & unum qui pfecto numerus a magno mistesio non uacat; quia iam in testamento ueteri legimus quodannis quinquagesimus iubeleus uocatur iussus est. inquo iudeis & cunctis abomni opere requiescere & sed uera requies inuntitate est. diuidi quippe unum non potest. ubi enim seis sura diuisionis est uera requies non est. ducamus ptrigonum quinquaginta & unum & fiunt quinquaginta tres; quia igitur & omnis operatio nra & uirtus in fide trinitatis exhibita adrequiem tendit.

Septem & decem ter ducimus ut adquinquaginta & unum uenire debeamus; & uera nra requies tunc est cum ipsa iam claritatem trinitatis agnoscimus. quam inuntitate diuinitatis ee cestatenemus.

Quinquaginta & unum ter ducimus & electorum summam in supna patria quasi centum quinquaginta quattuor piscium numerum tenemus; presurrectionem uero dni missum re & e dignum fuit in tot pisces capere & quod solum modo electos quos supne patrie designarent; Est quoq; alia supputatio huius septenarii & denarii numeri; Nam si a uno omis numeros computes usq; ad decem & septem hoc modo; unum duo tres fiunt. adde tres. & fiunt sex. his adiunge quattuor fiunt decem his quinq; & habebis quindecim; & sic crescentib; numeris & multiplicatis usq; ad decem & septem fit omnium numeri summa istorum quimultiplicatur a uno usq; ad decem & septem centum quinquaginta tres. que computatio superiori significatione. id est legis. in denario. & gratia in septenario satis congruenter conuenit & sed plura possunt inde considerare admiratione digna. que huius tem poris angustia. phibet nos omnia dicere. **Et cum tanti essent non est scissum rete.** Adiecit euangelista rem necessariam dicens. & cum tanti essent siue tam magni sic superius dicit. plenum magnis piscib; non est scissum rete; id est magni erant. sed inter eos heresis non erat. & ideo magnis heresis non erant quimagni erant.

Dic eis ihs uenite prandete & nemo audebat discumbentium eum interrogare tu quis es. Sensus ergo hic est; tanta erat eudentia uertitatis q ihs illis discipulis apparebat. ut eorum non solum negare sed ne dubitare quidam ullus auderet; qm siquis quamdubitare utiq; interrogare deberet; sic ergo dictum est nemo audebat interrogare tu quis es; ac si diceretur nemo audebat dubitare qd ipse

est.